

164 Feria III. infra Domin. I. Quādrag.

præcedenti modo in tantum intenditur, ut omnem pœnam ex culpa in hoc seculo & futuro plenarie remittat. Ex quādrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 60. col. 1. ad pag. 64. col. 2.

Eiusdem serm. in Euang. Malii debet externaliter cruciari, respectu I. Malii culpæ; quia 1. dici potest infinitum respectu Dei qui offensus est. 2. de eo peccator non penitetur: 3. inconveniens es-
set & contra leges Dei iustissimas hoc non fieri: 4. obligationes & transgres-
siones æqualiter sunt proportionabiles.
II. Dei, ratione 1. diuine gratie, qua abusū sunt: 2. diuinæ contumeliæ, quam Deo intulerunt: 3. diuinæ magnificen-
tiæ: 4. diuinæ iustitiae. III. Vniuersi,
quia 1. natura rationalis est ad bonum inclinata: 2. necessitas rerum, indicat
æternas eorum esse pœnas; 3. resultat eleætis fructus: 4. beati de eorum suppliciis habent iucunditatem. Ex quadr.
de Euangelio æterno, tom. 2. à pagin. 510.
col. 1. ad pag. 515. col. 2.

Eiusdem, de conditionibus principum militum, sermo. I. In illis quinque conditions querit 1. veritatis locutionem: 2. reuerentia debite exhibitionem: 3. iustitiae obseruationem, quâ puniat delinquentes qui alios perturbant: 4. pietatis ostensionem: 5. rumorum sedationem. II. In Christianis eadem de-
siderat, debent enim esse 1. veri in verbo: 2. reuerentes Deo: 3. recti in iudicio: 4. prompti in beneficio: 5. cauti in colloquio. Hæc quinque notantur in Euangelio hodierno, &c. Ex quādrag. malii ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 99.
col. 1. ad pag. 100. col. 2.

Eiusdem sermo, de amore non dubioso; qui habet tres gradus, secundum tria Christianorum genera. Primus est: Timoris humilitatis, in quo tria genera sæcularium continentur sc. virgini-
num, viduorum, maritorum, nisi sit in eis timorosa humilitas ad infernum ibunt. Secundus: Charitatis feruentis, Christus fundavit eam & ædificauit 1. in anima per subiectionem propriæ voluntatis, per obedientiam: 2. in cor-
pore propæ animam, per castitatem & continentiam; 3. in diuitiis extra cor-

A pus & animam, spernendo illas volun-
tarie & lato animo. Tertius: neglig-
tis tepiditatis; tepidus autem 1. multos
habet defectus, & est vnum medium
vitiosum inter calidum & frigidum:
2. reputat se habere diuitias, naturales
vel corporales, morales, spirituales,
cum nullas habeat; à Deo seuerè re-
prehenditur & condemnatur. Ex quā-
drag. malii Seraphin, to. 3. à pag. 229. col. 1.
ad pag. 231. col. 1.

F E R I A Q V A R T A

infra Dominicam primam
Quadragesimæ.

B S ANCTI AMBROSI sermo in Euangeliū, de modo verè agendi pœnitentiam. In falsos pœnitentes acriter inuechitur; modum vere pœnitendi, in eleemosina, humilitate, planctu & virtutum operibus consistere declarat; pœnitentiam extollit & commendat; pœnitentiam non simulantes, sed verè pœnitentes eleganter depingit. serm. 3 51
col. 49. 50. 51.

* S. A NTONII DE P A D V A sermo,
in quo duo attendit. Primo: Misericordiam Dei omnibus eius operibus præsidere. Secundo: Moralem totius Euangeliū sensum. 1 pag. 153. ad pag. 154.

C S. V. B E D A homilia in euangelicam lectionem, quam suo more non minus doce, quam deuote literaliter ac mystice commendatur. I. autem Iudæorum inueteratum in Christum malitiam prodit. II. Ionam typum fuisse Domini Saluatoris pluribus demonstrat; Vbi non contemnanda quæstio proponitur, de tempore quo Christus in sepulchro requieuit. III. Christum plusquam Ionam prædicat. IV. Qua ratione Niniuitæ & Regina Austri Iudaos & alios impénitentes in iudicio condemnabunt, exponit. Et hæc circa primam Euangeliū partem. Circa secundam in qua dicitur. Cum immundus /pi-
vicius &c. Euangelistæ verba de hæretico,